Controuersys exceptionibus allegationibus euasionibus dillationibus quibusuis ut Motionibus applicationibus ac earum consequutionibus aliysq in preiudicium huius remedys et defensys legalibus impedimentis etiam de iure ... sibi et suis successoribus abrenunciando et abrenunciando. Sub amissione sui et suorum successorum totius et integrae causae.

Eiusdem Magnifici Capitanei Branscen. et M. Sapiezanka Donatio.

Coram off. et Actis praesentibus Capitan. Branscen. pl. comparens Magnifica Catherina Woynianka filia olim Magnifici Mathiae Woyna Thesaurarii Magni Ducatus Litu. consors vero Magnifici Procopii in Olszewo Lesznowolsky Castellani Podlachiae Nemonricen. Capitanei cum eiusdem Magnifici Mariti sui tutoris coniugalis personali assistentia et consensu spontaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere verbisq per expressis recognouit. Quia Magnifico Francisco Joanni in Olszewo Lesznowolsky Capitaneo Branscen. qui in locum officii sui quo ad eum actum tantum attinet Generosum Albertum Grzymala Krasowsky Terrae Bielscen. Pincernam subdelegauit et Magnificae Annae Sapiezanka coniugi eius filiae autem recognoscen. cum olim Generoso Casimiro in Olszany et Dubno Sapieha Capitaneo Nemonricen. priori Marito genitae et eorum successoribus de omni iure suo super Palatium et lapideam Muratam in Urbe Sacrae Regiae Maiestatis Lublinen. Areisq eidem subiectis bonis in Areis et Curiis in Urbe Varsauien. habito quantum pro interesse suo et iure quouis spectat cum omnibus in genere et singulis in specie Utilitatibus Commoditatibus prouentibus censibus Structuris supellectilibus ~~...~~ accepta sua sufficienti satisfactione cedit dat donat inscribit et resignat perpetuo. Quibus iam ex nunc Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministeriales et Nobiles duos seu officia competentia obtinere acceptandam quo ad fundum attinet Lublinen. et Varsauien. dat et admittit. Praesentem inscriptionem ex his Actis authentice acceptam tam ad Acta Lublinen. quam Warsauien. in sui absentia eisdem transferre et inscribere consentit personali sua recognitione in praemissis mediante.

Iwaroski Obligatio

Coram off. et Actis praesentibus Capitan. Branscen. pl. comparens M...